



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Felicis papę.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

¶ Simplicius Acatio.

Dilectissimo fratri Acatio, Simplicius. Cogitationū ferias nō habemus, nec em̄ q̄se
re nōs causa p̄mittit, quā si relinquamus, Ch̄so dño nostro cuius interest, inexcusabiles sumus. Et miſ̄ est dilectionē tuā tot em̄is t̄pibus, & tot opportunitatibus inde veniētibus, nihil nos de Alexandrina ecclesia, q̄ tā grauiter quatit, instruere voluisse, cū monere te, nec increpatio n̄ra defiterit, vt participata sollicitudine l̄ras meas apud christianissimū principē, p̄sentibus tuā dilectionis profecteris alloquijs, & instituti veteris memor in orthodoxorū defensionē nobiscū, sicut semp̄ incuberes, ne quisq̄ nostrū christiana plebe pereūte reatū deditōnis incurrat. Vnde hortamur dilectionē tuā, vt opportune atq; ipor tunc pijs auribus insinuare nō desinat, q̄tenus Alexandrinę ecclesię pax optata reddat, & celeriter vigilātiā tuę prouētus inducat. Data. VIII. Idus Nouēb. Seuerino cōf. directa p̄ Restitutū

¶ Rescriptū Acatij ad Simplicium vrbis Romę archiepiscopum.

Domino sc̄dō patri archiepo Simplicio, Acatius. Sollicitudinē oīm ecclesiarū secūdū
ipostolū circūferētes nos indefinēter hortamini, q̄uis sp̄ote vigilātes ac p̄currētes, sed vos diuino zelo sollicitos demōstratis statū Alexandrinę ecclesię certius requirētes, vt pro paternis canonibus suscipiatis laborē pijsimo stillātes sudore pro his, sicut semp̄ est approbatū, sed Ch̄s deus n̄ q̄ diligētibus se in bonū cooperat, n̄ris cogitationibus infides, & vnā nobis in his mentē atq; eandē gloriā eē cognoscēs, omnē victoriā ipse p̄fecit, cōsortes nos cū trāquillissimo principe faciēs. Et Timotheū quidē decessorē spirantē procellas & ecclesiasticā tranquillitatē, sicut apparuit cōturbantē vitę subtraxit hūanę, dicens ei. Tace & obmutescē, Petrū quoq; ab Alexandria more similis procellę surrexerat, dissipauit atq; in æternā fugā sancto sp̄u flante cōuertit, vnū ex his q̄ olim fuerāt dānati. Sicut em̄ in nostris archiuis vel concilijs inuentū est, & de nostris scriñis, si dignamini requirere poteritis, agnoscere quæ de eodē subsecuta ab Alexandrino ep̄o ad Romā alterutrū sint relata. Qui Petrus nō c̄tis existēs filius, & opesq; diei lucentiū alienus apparēs, oīno tenebras ad latrocinium cōgruas peragendū eaz; cooperato inueniēs, media nocte adhuc iacente caduere illius q̄ paternos canones subuerterat in sepulto subripuit in sedē, sicut ipse arbitratus est vno & solo p̄sente & eo q̄ consors illius insitebat insanix, q̄ nusq̄ penitus oīno postea cōparuit. Timotheus autē qui Davidicę mansuetudinē exēplo subditur, & vsq; in finē patiens atq; p̄tati proprię restitutus à Christo proprię sedis honore lætat, & sp̄ualium filiorū voces accipiens, grām curationis expectat, multiplicato in se honore à Christo principe sacerdotū, propter quē & tolerantię coronā sibi met̄ religauit. Attētius igit̄ oret vr̄a beatitudo pro christianissimo imperatore & pro nobis ip̄sis. Vniuersam fraternitatē q̄ vobiscū est in Ch̄so, ego & q̄ mecū sunt, salutamus, Et alia manu. In dño ora pro nobis iustissime pater.

Incipiunt decreta Felicitis pape ad Siculos ep̄os.

¶ De his qui baptizati doluerunt, & postea p̄nitere noluerunt. Cap. primum. ¶ De his qui per ignorantiam ætatis rebaptizati sunt. 4

¶ De presbyteris vel diaconibus qui in lapsu hæreticorū se baptismati dederunt. 2 ¶ De his q̄ ab hæreticis baptizati, aut rebaptizati sūt, vt ad eccl̄asticā militiā nō pueniāt. 5

¶ De his q̄ se rebaptizādos ip̄ie dederūt. 3 ¶ De p̄nitē, vt ab alijs ep̄is nō suscipiant. 6

Flauio, Boetio viris clarissimis cōsulibus sub die. III. Iduum Martiarum, in basilica Cōstantiniani, residente venerabili viro papa Felice, vnā cum. XL. ep̄iscopis confidentibus vniuersis presbyteris, astantibus etiam diaconibus, Felix ep̄iscopus ecclesię catholice vrbis Romę synodo p̄sidentis dixit. Communis dolor & generalis est gemitus quod intra Africā rebaptizatos, etiā ep̄os, p̄b̄os, diaconosq; cognouimus. Quæ res sine dubio ad nostrę quoq; peruenit normam sanctitatis, de quo quid obseruari debeat, ordinare nos conuenit. Proinde vt manifesta sit super hoc nostra sententiā, quæ nobis sunt visa, recitent, Astasius diaconus recitauit.

Dilectissimis in Christo Iesu fratribus vniuersis ep̄iscopis per diuersas prouincias constitutis. Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli fauierit in populum christianum atq; id multiplici deceptione proruperit, vt non modo vulgus incautum, sed ipsos in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus orbis non gemit, nulla terra nesciuit. Vnde in grandi m̄cerore positi dissimulare non possumus, pereuntium atq; à nobis exigendarū delictimen animarū. Quapropter competens adhibenda talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera capitis peste nihil proſit. Sed segenius tracta perniciēs reatu nō legitimæ curationis inuoluat pariter saucios & medentes.

¶ Capitulum primum.

In pri-

E N primis itaq; venientis ad vos & remediū postulantis sollicitè discutienda est professio, & persona decepti, vt medela possit cōgruens exhiberi. Et qui satisfactus deo p̄ penitentiā se rebaptizatū legitime doluerit, vtrū ad hoc facinus occurrerit an impulsus accesserit requirat sciens qd se decipiat ipse qui fallit, nihilq; p̄ nostrā facilitatē tribunalis excelsi iudicio derogari, cui illa sunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ iusta sunt, & aliter necessitatis aliter tractāda est ratio voluntatis. Deterior est aut̄ causa illius, qui forte p̄ cōsolicitatione est, vt periret, Nihil em̄ intentatū reliquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrēdum est irretitis, & cōterēdus est venantis laqueus, vt infucātū lamentantibus lapsum tam iustitiæ moderatione, quā compunctione pietatis ad aulam quā reliquerant sit regressus, nec pudeat forsitan, aut pigeat indictis ieiuniorū gemituūq; tēporibus obedire, aut alijs obseruatia salubrioris obtēperare p̄ceptis, quia humilibus datur gratia, nō superbis. Sit ergo ruina suę dolore prostratus quisquis in Christo fieri q̄rit electus, & p̄ dispositionis nostræ mysteriū, qd vestrā sequi cōuenit charitatem, nec alicui fas est vel velle vel posse trāscēdere causas eius, q̄ cōtra apostolicā doctrinā ad iterationē se baptismatis nimis infaustā dedit, vel eius qui aliquibus argumētis excusandū callide p̄priū putauerit esse cōsensum. Sacerdotali vigore & humanitate in eis fides, q̄ nisi ē vna, iā nulla est adiutorio dñi iudicis ad salutē, sine nr̄e operationis offensione reparet, quia cū peccatoris a nobis satisfactio protrahat, nō pr̄ter laudē nostrā atq; lætitiā mens eius ad veniā purgator inuenitur. Et ideo memineritis hāc sup̄ his nos habere sn̄iam, vt seruata discretōe peccantium nō eadē cūcti qui lapsi sunt lance pensentur, qm̄ maioris castigatōis exigēdus est vsura, cui domus dñi commissa fuerit disciplina.

F II. ¶ Vt ergo ab ecclesiæ summatibus inchoemus, eos q̄s ep̄os pb̄os vel diaconos fuisse cōstitit, & se optates forsitan, seu coactos lauacri illius vnici salutarisq; claruerit fecisse iacturā, & Christū quē nō solū dono regeneratōis, verū etiam gratia p̄cepti honoris induerant exuisse cū constet neminē ad secundā tinctionē venire potuisse, nisi se palam ch̄rianum negauerit, & professus fuerit se esse paganū. Quod cū gn̄aliter fit in omnibus execrandū multo magis in ep̄is, presbyteris, diaconibus auditu saltem dictōq; probatur horrēdū. Sed quia idem dominus atq; saluator clemētissimus est, & neminem vult perire vsq; ad exitus sui diē in penitentiā si respiscunt iacere cōueniet, nec orationi nō modo fidelium, sed nec cathecuminorū omnimodis interesse. Quibus cōmunio laica in morte redhibēda est. Quārē diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

G III. ¶ De clericis aut̄ & monachis, aut puellis dei, aut secularibus seruari p̄cipimus hūc tenore quē Nicēna synodus circa eos q̄ lapsi sunt vel fuerint seruādū eē cōstituit, vt scilicet q̄ nulla necessitate, nullius rei timore aut periculo, se vt rebaptizent h̄reticis impia dederūt si tñ eos ex corde peniteat, tribus annis inter audietes sint. Septē aut̄ annis subiaceāt inter penitētes manibus sacerdotū, duobus aut̄ oblationes modis omnibus nō sinātur offerre, sed tantummodo secularibus in oratione sociētur. Nec cōfundat deo colla submittere, qui nō eū timuit abnegare. Quod si vtpotē mortales intra metas p̄scripti tēporis ceperit vite finis vrgere, subueniēdum est implorātī, & seu ab ep̄o qui penitentiā dederit, seu ab alio qui tñ datā esse probauerit, aut similiter pb̄o viaticū abeunti de seculo non negetur.

H IIII. ¶ Pueris aut̄ quibus qd adhuc imberbes sunt à pubertate vocabulū est, seu clericis siue laicis etiā similibus puellis, quibus ignorātia suffragat ætatis aliquādiu sub manus impositione detētis reddenda cōmunio est, nec eorū expectāda penitētia, q̄s excipit à coheritōe cēsurā. Quod est à nobis prouide cōstitutū, ne hi quibus in terreni labe cōtagij plus minusue restat ad vitam, dū adhuc in penitentiā sunt penitēda cōmittāt. Quod si añ p̄finitū penitentiæ tēpus despectus à medicis, aut euidētibus mortis pressus indicijs recepta quisquā cōmunionis gratia cōualescat, seruemus in eo qd Nicēni canones ordinauerunt, vt habeatur inter eos qui oratione sola cōmunicāt, donecipleat spatii tēporis eidē p̄stitutū, nec cathecuminos nr̄os, qui sub tali professione baptizati sunt p̄mittimus, quia non est causa dissimilis sicut ijdē sancti canones ordinauerūt eius qui qlibet modo Christum quē semel cōfessus abiuravit. Tribus annis inter audientes sint, & postea cū cathecuminis p̄mittantur orare p̄ manus impositionē cōmunionis catholicæ gratiā percepturi, exceptis sanē tātmōdo ep̄is, pb̄is & diaconibus quos solo mortis suæ tēpore recōciliādos eē iam duximus. Cæteros id est seu clericos siue monachos, seu laicos vtriusq; sexus p̄sonas, q̄s violētē periculis coactos iterationē baptismatis subisse cōstitit, vel qui aliquo cōmento huius se facinoris piaculo dixerint non teneri, his penitentiā p̄ trienniū durare decreuimus, & per manus impositionē ad societate recipi eos sacramēti.

V ¶ Illo p̄ oia custodito, ne ex eis vnquā q̄ in qlibet ætate alibi q̄ in ecclia catholica, aut baptiza-

baptizati, aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticā militiam prorsus permittant accedere. Quibus satis esse debet, q̄ in catholicorū numero sunt recepti, quoniā de suo ordine & cōmunionē videbitur ferre iudiciū, quis hoc violauerit antistitū, vel q̄ nō remouerit eū quē ex eis ad ministerium clericale obrepisse cognouerit.

VI. ¶ Curandū vero maxime & omni cautela est prouidēdū, ne q̄s fratrum coepiscoporumq̄ nostrorū, aut etiā p̄b̄orū in alterius ciuitate vel diocesi p̄cēnitētē, vel sub manu positū sacerdotis, aut eū qui reconciliatū se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio, & literis, aut in parrochia presbyter, aut ep̄s in ciuitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligit, culpa tangit etiā clerū, q̄ in locis in quibus hoc minus curatū fuerit, commorat, his itaq̄ rite dispositis & ecclesiā vestraḡ ad notitiā nostrā deliberatiōe perlatis parere vos cōuenit quibus licet ad animarū reparationē nihil deesse videat, tamē si cui noui aliquid & quod p̄terire nos potuit, fuerit reuelatū, secundū beatū apostolū Paulū, tacente priore fideliter infinuet, q̄ sp̄s ubi vult spirat, maxime cū sua causa tractat, nec nos pigebit audire. Et si quæ sunt omīssa, nō arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare, Deus custodiat vos dilectissimi fratres. Data Idus Martij, Diuiano & Sinidio. III. CC. consulis.

¶ Epistola eiusdē ad Acatium Constantinopolitanum Episcopum, qua eū condemnat propter Euticianorum communionem.

Felix ep̄s sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ, Acatio. Multarū transgressionū reperis obnoxius, & in venerabilis cōcilij Nicæni cōtumelia sæpe verfatus, alienarū tibi prouinciarū iura temerarie vendicasti, hæreticos & puasores, atq̄ ab hæreticis ordinatos, & quos ipse dānaueras, atq̄ ab apostolica sede petisti dānari, nō mō cōmunioni tuæ recipiēdos putasti, verē etiam alijs ecclesijs, q̄ nec de catholicis fieri poterat, p̄fidere fecisti, atq̄ etiā honoribus quod nō merebant, auxisti. Testat hoc Iohannes, quē à catholicis Apamiæ nō receptū, pulsūq̄ de Antiochia, Tyrj̄s p̄fecisti, & Humerius tūc de diacono eiectus atq̄ christiani noīs appellatione priuatus, à te etiā in p̄b̄ij prouectus officiū, & quasi hæc minora tibi viderent, in ipsam doctrinā apostolicę veritatē ausus tuos & superbiā tetendisti, vt Petrū quē dānatū à sanctę memorię decessore meo, ipse retuleras, sicut testant annexa, beati Euāgelistę sedē te iubēte rursus inuaderet, & fugatis orthodoxis ep̄is, & clericis suis procul dubio similes ordinaret, pulsoq̄ eo q̄ illic fuerat regulariter cōstitutus, captiuā teneret ecclesiam. Cuius tibi adeo grata p̄sona est, & ministeriū eius acceptū, vt ep̄os & clericos plurimos orthodoxos tunc Cōstantinopolim veniētes detegaris affligere, & apocritarios eius cōfouere, atq̄ anathematizantē eundē Petrū Calcedonēsis decreta cōcilij, & violantē sanctę memorię Timothei sepulturā, sicut ad nos certiores nūc quoq̄ nūtij detulerūt, p̄ Messenū & Vitalē credes excusandū, nunc eū laudare defineres, & multis efferre p̄conijs, ita vt damnationē ipsius quā ante retuleras, verā non fuisse iactares. Tantū autē p̄seueras in hominis defensione peruersi, vt quondā Ep̄os, nunc vero honore & cōmunionē priuatos, Vitalē atq̄ Messenū quos ad eius expulsionē specialiter miseramus sublatos custodię passus fueris mancipari, & ad professionē quę tibi cū hæreticis habet, exinde productos, sicut eorū professionibus patefactū est ad hæreticorū tuamq̄ cōmunionē contēpta, quę vel gērium iure seruari debuit, legatione p̄traheres, p̄mijsq̄ corrumperes, & in lētionē beati Petri apl̄i, à cuius sede p̄fecti fuerāt, nō solū inefficaces redire faceres, sed etiā impugnatores oīm q̄ fuerāt, mādata mōstrares. In quorū deceptionē tuā nequitia p̄didisti, & à libello fratris & coep̄i mei Iohānis, q̄ te grauissimis obiectionibus iperituit, in apostolicā sc̄dm canones r̄ndere diffidēs, abiecta firmasti, Felicē q̄q̄ defensorē fidelissimū nobis necessitate faciēte seruis, subsequūtū indignū tuis cēsuisi oculis. Eos q̄q̄ tecū literis cōicare testatus quos cōstat hæreticos. Quid em̄ sunt aliud q̄ post obitum sanctę memorię Timothei ad ecclesiā sub Petro redeunt, vel qui se ex catholicę eidē tradiderunt, nisi q̄ Petrus q̄ ab vniuersa ecclesia, atq̄ à te fuerat iudicatus? Habe ergo cū his quos liber amplecteris portionem, & sn̄ia p̄senti quā p̄ tuę tibi direximus ecclesię defensorē, sacerdotali honore & cōione catholica, nec nō etiā à fidelium numero segregatus, sublatū tibi nomē & munus ministerij sacerdotalis agnosce sancti sp̄s iudicio, & apostolica p̄ nos autoritate damnatus, nec iam anathematis vinculis eruēdis.

¶ Felix papa Zenoni.

Dilectissimo fratri Zenoni Felix Ep̄s. Filius meus vir clarissimus Terētianus ad Italiam dudum veniens dilectionis tuę singularis exitit p̄dicator talēq̄ te esse vulgavit, qui ita Christi gratia redundares, vt inter mundi turbines gubernator ecclesię p̄cipuus appareres. Quapropter frater charissime cum ad prouinciam commearēt, sedulēq̄ deposceret nostras ad dilectionē tuam literas destinare, gratanter annuimus, quia & dignum deo sermone completū cuperemus antistitem, & per eum maxime vellemus

Epistole Gelasij pape.

vellemus id fieri cuius nobis fuerat laudibus intimatus. Quāvis ergo sanctis opibus ex omni parte p̄ditā fraternitatē tuā vir p̄fatus astruxerit, multūq; fiducia de tua beniuolentia tene- ret, tñ a quū est, vt qd desiderabat magnopere cōsequat, q̄tenuis q̄ tuis olim gratus est anis, cōtemplatōe n̄ri reddat acceptior, simulq; materna, & sacerdotali cōsolatōe foueat, p̄gri- nationisq; p̄sidiū pastoralī pietate reperiat, vt v̄a dignitatis affectu appareat apud synce- ritatē vestrā, n̄m q̄q; nō minimū salutaris valuisse colloquū, deus te incolumen custodiat frater charissime. Celiū felix ep̄s sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ subscripsi. Data V. Calē. Augusti Venātio. II. cōsu. Simul. LXVII. ep̄i absq; papa subscripserunt.

- ¶ Epistola Gelasij papæ ad ep̄os per Lucaniam & Brutios & Siciliam constitutos.
- | | |
|---|--|
| <p>¶ De institutis ecclesiasticis moderate pro tē-
porum qualitate dispositis. Cap. 1.</p> <p>¶ Vt vbi nulla perurget necessitas constituta
patrum inuolata seruentur. 2</p> <p>¶ Vt cum defuerint clerici, de monachis eli-
gantur. 3</p> <p>¶ Vt si de laicis eligatur ad clerū, quantū tem-
poris obseruatur. 4</p> <p>¶ De Bigamis alijsq; p̄sonis q̄ ad ministerium
clericatus nullatenus applicatur. 5</p> <p>¶ Vt sine præceptione papæ nouæ Basilicæ
non dedicetur. 6</p> <p>¶ Vt nulla p̄cia de baptizadis consignandisq;
fidelibus exigantur. 7</p> <p>¶ De presbyteris, vt nihil de his quæ ep̄orum
sunt præsumant. 8</p> <p>¶ Vt diaconos mensuram propriam iuxta pa-
trum decreta custodiant. 9</p> <p>¶ Quod diaconi in presbyterio residere non
possint. 10</p> <p>¶ Qd̄ apostolica sedes paternos canones pio
studio deuotōq; custodiat. 11</p> <p>¶ Vt p̄ter Paschale tēpus, & Pentecosten ne-
mo baptizare præsumat nisi eos tñ q̄s æ-
gritudo extrema cōpulerit. 12</p> <p>¶ De p̄b̄orum & diaconorum ordinationi-
bus certis celebradis t̄pibus. 13</p> <p>¶ De virginibus sacris quando velētur. 14</p> <p>¶ Vt viduæ nō velentur. 15</p> <p>¶ Vt serui sub obtentu religionis nō suscipiā-
tur in clerū vel in monasterium. 16</p> <p>¶ Vt clerici nullas negociationes inhonestas
& turpia lucra sectentur. 17</p> | <p>¶ Vt nemo illiteratus, vel aliq̄ parte corpo-
ris iminutus ad clerū p̄moueat. 18</p> <p>¶ De his qui seip̄os abscondunt. 19</p> <p>¶ De criminosis vt ad clerum non promou-
eantur. 20</p> <p>¶ Qd̄ deemonijs alijsq; passionibus irretitis
ministeria sc̄a tractare nō liceat. 21</p> <p>¶ Qd̄ hi q̄ sacris virginibus se sociāt, & sede-
ra incesta cōmiscant cōicare nō possint,
nisi publicā penitentiam gesserint. 22</p> <p>¶ Qd̄ viduæ, vt supra dictū ē nō. velent, sed
si p̄fessam cōtineriā p̄posito mutato cal-
cauerint, ip̄se pro se rationē reddāt. 23</p> <p>¶ Quod secunda cōiugia secularibus nō ne-
gentur, quibus tñ ad clez̄ minime venire
conceditur. 24</p> <p>¶ Vt si quis susceperit ecclesiæ propriæ de-
sertorē, & in aliqua prouexerit dignitate,
vtriq; subiaceant sententiæ, quam ca-
nones p̄fixerunt. 25</p> <p>¶ De laicis vel monachis, qui per præmium
ordinantur, vt dantem & accipientē Si-
monis magi crimen inuoluat. 26</p> <p>¶ Vt nulla Basilica sub defunctoz̄ constitu-
ta nomine dedicetur. 27</p> <p>¶ De foeminis vt sacris altaribus non mini-
strent, vel aliquid ex his quæ viroz̄ sunt
officijs deputata p̄sumant. 28</p> <p>¶ De redditibus ecclesiæ vel oblatōibus fide-
liū qd̄ in quatuor portōes fieri debeant. 29</p> <p>¶ Vt ep̄s presbyter & diaconus, qui contra
hæc statuta fecerit sui honoris periculum
sit subiturus. 30</p> |
|---|--|

¶ Capitulum primum.

Dilectissimis fratribus vniuersis ep̄is p̄ Lucaniā Brutios & Siciliā cōstitutis. Ge-
lasius, Necessaria rez̄ dispositiōe p̄stringimur, & aplicæ sedis moderamine
cōuenimur, sic canonū p̄noz̄ decreta librare, & retro p̄sulū decessorūq; no-
stroz̄ p̄cepta metiri, vt q̄ p̄ntiū necessitas t̄pm restauradis ecclesiis relaxāda
deposcit, adhibita cōsideratione diligētī, quātū pōt fieri, tēperemus, quo nec
in totā formā veterū videamur excedere regulaz̄, & reparadis militiæ cleri-
calis officijs q̄ p̄ diuersas Italiæ partes, ita belli famisq; consumpsit incurfio, vt in multis ec-
clesiis sicut fratris & coepi n̄ri Iohānis Rauanēsis ecclesiæ sacerdotis frequētī relatōe cōperi-
mus, vsquequaq; deficiēte seruitio ministroz̄, nisi remittēdo paulisper ecclesiasticis p̄motōi-
bus antiqtus interualla p̄fixa remaneāt, sine q̄bus administrari neq̄unt sacris ordinibus ec-
clesiæ fundit̄ destitute, atq; i plurimis locis p̄ inopiā cōpetētis auxiliij salutare subsidij redi-
mēdaz̄ desit aiāz̄, nosq; magno reatu si tāto coartate piculo nō aliq̄ten̄ cōsulam̄ innecti.

E II ¶ Priscis igit̄ p̄ sua reuerentia manētibus cōstitutis, q̄ vbi nulla vel rez̄ vel t̄pm pur-
get angustia, regulariter conuenit custodiri, eatenus ecclesiis quæ vel cunctis sunt priuatæ
ministris vel sufficientibus vsq; adeo despoliatæ seruitijs, vt plebibus ad se pertinetibus di-
uina

